

SACROS. CONCILII
TRIDENTINI

CANONES ET

DECRETALIA.

MUR. ITEM 28^o-S. 2-

DECLARATIONES
CARDINALIVM CONCILII

dictationis ex ultima recognitione

Jeanne de Llemart.

Quibus iam primum acceſſerunt, non edis etiam quadam
hactenue, aut indigesta; nunc ad ſedes ſuas rediſte:

CYMBITATIONE - IOAN. GORELLI

Theologi, & Horatij Lucij Iuris consulti:


NEC NON RMISSIONIS VYS

P. AVGUSTINI BARBOSA,

ET DECISIONIBUS VARIO ROTT.

Romanz eodem ſpectantibus, ē Bibliotheca

D. Proſperi Farinacij I. C.




Sumptibus CLAVDII LANDRI

M. DCLXXI.

die



TYPOGRAPHVS LECTORI S.




Voniam Pius IV. interdi-
xerat, ne cui provt liberet, sacra
OEcumenici Tridentini Con-
cilij decreta liceret exponere,
priuataque auctoritate interpretari: sed si
cui dubium aliquid appareret; Sedem Apo-
stolicam accederet: quæ per Illustrissimos
Cardinales, in eam rem delegatos, id resol-
ueret atque enodaret: Declarationes cius-
modi Cardinalium, difficultatum Concilij
Interpretum rogari, obseruari, atque in ve-
neratione haberi coepерunt. Manuscriptæ,
ut rara Ghimelia, paucorum manibus. fere-
bantur: donec in Germania, Galliis, Hispa-
niis, ac demum in Belgica typis vulgatae, ac-
quæ ex eruditoru· virorum censurā, Regum
etiam Principūmque privilegiis donatae, pu-
blici Iuris factæ, in oculos manusque passim
omnium deuenerunt. Putauerunt Typogra-
phi bene se atque ex publica re facturos, si
lucernam accensam ponerent non sub ma-

SESSIO PRIMA
SACROSANCTI OECVMENICI
ET GENERALIS CONCILII
TRIDENTINI,

SVB PAVLO III. PONT. MAX.

CELEBRATA DIE XIII. MENSIS
DECEMB. ANNO DOM. M. D. XLV.

Decretum a β γ δ ε ζ de inchoando
Concilio.



L A C E T ne vobis , ad laudem & gloriā sancte & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij , & Spiritus sancti , ad incrementum & exaltationem fidei & religionis Christianæ, ad extirpationem hæresum, ad pacem & vniōnem Ecclesiæ; ad reformationem Cleri & populi Christiani, ad depressionē & extinctionem hostium Christiani nominis, decernere & declarare, sacrum Tridentinum & generale Concilium incipere, & incepsum esse? Responderunt, P L A C E T.

Indictio futuræ Sessionis.

Et cùm proxima sit celebritas Natiuitatis Domini nostri I E S V C H R I S T I ; & subsequantur aliæ festiuitates labentis & incipientis anni; placetne vobis primam futuram Sessionem habendam esse die Iouis post Epiphaniam; quæ erit septima mensis Ian. Ann. Dom. M. D. X L V I ? Responderunt, P L A C E T.

A R E M I S